BIBLIA LATINA

Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 23r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

gitent ut memores sint quia temptati
sunt patres nostri ut probarentur si vere
colerent dominum deum suum. Memores
esse debent quomodo pater noster abraham
temptatus est et per multas tribula
tiones probatus dei amicus effectus
est. Sic ysaac sic iacob sic moyses
et omnes qui placuerunt deo per multas
tribulationes fideles transierunt. Illi
autem qui temptationes non susceperunt
cum timore domini et impatienciam
suam et improperium murmuracionis
sue contra dominum protulerunt exter
minati sunt ab exterminatore et a serpen
tibus perierunt. Et nos ergo non ulcisca
mur nos pro hiis que patimur sed
reputantes peccatis nostris hec ipsa
minora esse supplicia flagella do
mini quibus corripimur ad emenda (quasi servi)
tionem et non perdicionem nostram (ad)
evenisse credamus. Et dixerunt illi
ozias et presbyteri. Omnia que locuta
es vera sunt et non est in sermonibus
tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora
pro nobis quoniam mulier sancta es et timens
deum. Et dixit illis iudith. Sicut quod lo
qui potui dei esse cognoscitis ita quod
facere disposui probate si ex deo est et
orate ut firmum faciat consilium
meum deus. Stabitis vos ad portam
nocte ista et ego exeam cum mea (abra)
et orate ut sicut dixistis in diebus
quinque respiciat dominus populum suum
israel. Vos autem nolo ut scrutemini
actum meum et usque dum renunciem
vobis nichil aliud fiat nisi oratio
pro me ad dominum deum nostrum. Et dixit
ad eam ozias princeps iuda. Vade
in pace et dominus sit tecum in ul
tionem inimicorum nostrorum. Et revertentes
Quibus Capitulum ix. abierunt
abscedentibus iudith ingressa est
oratorium suum et induens se
cilicio posuit cinerem super caput suum
et prosternens se coram domino clama
vit ad dominum dicens. Domine deus pa
tris mei symeon qui dedisti illi gla
dium in defensionem alienigenarum
qui violatores extiterunt in coinqui
natione sua et denudaverunt femur in
confusionem virginis et dedisti mulier
es in predam et filias in capti (eorum)
vitatem et omnem predam in divi
sionem servis tuis qui zelaverunt
zelum tuum subveni queso te domine
deus meus michi vidue. Tu enim
fecisti priora et illa post illa cogitasti
et hoc factum est quod ipse voluisti. Omnes
enim vie tue sunt parate et tua iudi
cia in providentia tua posuisti. Respi
ce castra assyriorum nunc sicut castra
tunc egyptiorum videre dignatus es quando
post servos tuos armati currebant con
fidentes in quadrigis et equitatu suo
et in multitudine bellatorum sed aspexisti
super castra eorum et tenebre fatigaverunt
eos. Tenuit abyssus pedes eorum et aque
operuerunt eos. Sic fiant et isti domine
qui confidunt in multitudine sua
et in curribus suis et in contis et in sagit
tis suis et in lanceis suis gloriantur
et nesciunt quia tu ipse es deus noster qui con
teris bella et dominus nomen tibi est.
Erige brachium tuum sicut ab initio
et allide virtutem eorum in virtute tua
Cadat virtus eorum in iracundia tua
qui promittunt se violare sancta tua
et polluere tabernaculum nominis tui et
deicere gladio suo cornu altaris tui.
Fac domine ut gladio proprio eius su
perbia amputetur. Capiatur laqueo
oculorum suorum in me et percuties eum ex
labiis caritatis mee. Da michi in
animo constanciam ut contempnam
illum et virtutem ut evertam illum.
Erit enim memoriale nominis tui